



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Theologorum ea de re sententiæ proponuntur, atque examinantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

tionis adequatæ; & ut primam gratiæ efficacis denegationem continet causam demeritoriam ex parte reprobi dari, sicuti ad primæ gratiæ efficacis collationem, & prædestinationis initium meritum pure naturale, congruum quidem, & perexiguum ex parte prædestinati datur: is error eisdem testimoniis scripturæ reicitur ab Affricanis conciliis posterioribus, & damnatur: eisdemque rationibus & exemplis à Paulo datis, quod scilicet totum prædestinationis reprobationisque negotium in Dei vel misericordis, vel indurantis pro libito arbitrium purum reuocetur, quin vlla ex parte reprobi, sicut nec prædestinati ad prædestinationis, vel reprobationis initium causa aut motuum tenuissimum datur; alioqui in illud posset alterutrum initium refundi, nec eadem omnino massa Deo prædestinationis reprobationisque artificii subesset: nec *Antequam, quidquam boni egissent, aut mali*, (vt de Iacob & Esau dicitur) alter eligeretur, ac prædestinaretur, abiceretur vero, ac reproberetur alius. Illud etiam argumentum Pauli acciter ab Augustino pressum æquam contra semipelagianam, atque contra Pelagianam prædestinationem, & gratiam vim habet, scilicet gratiam non fore gratiam cum prima meritis naturæ donetur, reliquæ vero meritis ex gratia prima, & vltiori subortis: denique Augustinus euersionem semipelagianorum ad argumentum de infantibus immature correptis ex conditionatis meritis, demeritisque doctæ præclust: quia merita, ac demerita absolute talia operibus, vel malis vel bonis absolutis solummodo possunt competere; quare merita non merita, seu nulla, futuraque non futura contradicte ea solutione præcedi.

3. Ego autem aliunde tandem eandem solutionem impugno. Cum enim semipelagiani in hunc errorem, & solutionem fatuam incurrent, vt difficultati questionum Paganis, & Patribus ac Theologis vulgarissimarum occurrerent. Cur scilicet vnum, non absolute solum sed comparative ad alium, seu præ alio prædestinaretur, quem reprobat, cuius tamen nulla ex arbitrii sui speciali abusu deterior dispositio moralis aut amplius mali meriti præcedit, quod maxime in infantibus immature correptis claret, quin Deus personarum quam meritorum, acceptator sit, otiosumque proflus, vel nihili ipsorum arbitrii in salutis perditionisque suæ negotio habeat, imo & libertatis eorum iura peringat. Idcirco specialem causam deterioritatis moralis malique meriti amplioris in reprobo, quam in prædestinato solummodo inquirebant, nec demeriti originalis, omnibus tam reprobis quam prædestinatis meminerunt: qui in communi vtriusque peccato speciale reprobi demeritum, ac motuum, vt præ alio reproberetur non poterat designari. Atqui conditionata demerita vtrorumque, (etiam infantium, immature correptorum) communia etiam vtriusque demerita sunt: ergo perpetram à semipelagianis ad infantis sine baptismo decedenti ac reprobi conditionata demerita, vt præ alio obeunte cum baptismo, & prædestinato reproberetur. Minor proxime subsumpta probatur: quia in baptizatus ille reprobis si diutius viueret sub quibuscumque cogitationibus & circumstantiis honeste victurus conditionate erat, et si sub aliis male, & turpiter victurus esset conditionate; ac similiter baptizatus ille prædestinatus, si diutius vixisset, etiam sub quibuscumque circumstantiis, & cogitationibus bene viueret conditionate, aut sub aliis male viueret & conditionate, vt supra ostendimus: cum nemo, qui omnibus, & singulis cogitationibus, & circumstantiis possibilibus, vel consensurus, vel non consensurus in bonum, si donarentur esse absolute possit.

4. Huic semipelagiano errori minus caute videntur accessisse scholastici aliquot assentes tam ex parte reprobi, quam prædestinati pure naturalem aliquem vsum arbitrii creati vel in malum, vel in bonum eorum vel reprobationis, vel prædestinationis initium dare ac motuum præbere. Ex his bonum illum, vel malum vsum pure naturalem, meriti, demeritiue, congrui tamen, & tenuissimi vel donationis, vel denegationis primæ gratiæ efficacis supernaturalis quibus prædestinatio, vel reprobatio inchoatur, ratione, & nomine donantur; alij vero vix meritum, aut demeritum alterutrum esse voluerunt, sed occasionem solum, & anfulam arreptam potius à Deo, quam à prædestinato præstitam ipsi vel oblatam, Sed quoniam

his etiam vocibus errorem suum Massilienses semipelagiani tegere conabantur, scholastici alij, mirati, anse, atque occasionis vocibus ex puris naturalibus, ad vniuersumque prædestinationis, aut reprobationis initium Deo vel oblati, vel etiam arrepti ad voces dispositionis vel positivæ vel negativæ ad alterutrum initium ex facultate pure naturali tam reprobi, quam prædestinati usurparunt, quæ semipelagianismum non reddere ipsi videbantur. Scholasticos omnes singulorum horum modorum Patronos recensuimus. d. de causis prædestinationis varias eorum explicationes recensentes ac reiectas proloquij Theologici illius faciens, quod in *l. c. d.*, *Deus non denegat gratiam*. Sed tamen cum dispositio illa sine positiva, siue negativæ, non physica solum sed moralis sit, si ex viribus puris naturæ à reprobo, aut prædestinato, ad suæ vel prædestinationis vel reprobationis initium esse asseratur, æque is vocibus atque aliis semipelagianismum exposita doctrina continetur, vt citato loco ostendimus. Ac proinde Catholicis Doctoribus certum esse debet nullam reprobationis suæ, vel absolute, vel comparative ad alium non reprobum seu prædestinatum, vt ad primam etiam gratiæ efficacis denegationem extenditur, siue ad reprobationis initium, ex parte reprobi per primum arbitrii sui vsum actuale præsuppositum & natura anteriorem dari: cum ad hunc gratiæ efficacis denegatio anterior supponatur, quæ prima sit, ex qua eius reprobatio inchoetur, quod de Angelorum malorum reprobatione æqua similitudine tenendum est ob eandem rationem. Quare si de anteriori merito motu aut dispositione ex parte reprobi ad reprobationem adequatam lampam vt initium etiam continet agatur.

5. De solo reprobi peccato in Adam & originali questio esse potest: & quidem reprobationis absolute solum sumptæ, non autem comparative ad alios homines prædestinatos: cum homines omnes tam reprobi, quam prædestinati si Deiparam excipias, & in Adam peccarint, & contraxerint originale: ac proinde commune motuum ab vtriusque ad sui reprobationem cum in Adam peccatum, tum in originali contracto ad cuiusque reprobationem Deo ab vtroque offertur; tamen si Deus pro speciali sua in prædestinatos misericordia ipsos non reprobat, sed alios solum: quare, vt hi præ illis reprobentur nulla ex parte ipsorum causa specialis in eorum originali est, aut igitur, & quorum reprobationis absolute lampæ originale reprobationis causa sit, comparative enim reprobationis causam reprobi originale esse ob rationem datam Theologi omnes negant. S. Th. 1. p. q. 23. a. 5. ad 3. Durand. in 1. d. 4. 1. concl. 4. & 5. Driedo. 1. p. concordatæ libri 2. lib. 1. & prædestinat. c. 3. concl. 1. & 3. post quatuor principes Vazquiiani omnes cum præceptore suo Vazquez id reprobationis d. 95. supponente potius sepe quam disputante Soariste omnes cum duce suo Soarez. 1. de reprob. c. 5.

CERTAMEN IV.

Theologorum ea de re sententiæ proponuntur, atque examinantur.

1. **M**artilius in 1. d. 41. a. 2. negat peccatum tam in Adam, quam originale à reprobis ex illo contractum causam reprobationis esse quod scilicet etiam referuntur alij, qui potius causam reprobationis esse supposuerunt reprobi originale: ac proinde de actuali reprobi soli disputant: quare solus Martilius eius sententiæ fuit, vt reprobationis, vt primæ gratiæ efficacis seu prædestinativæ negationem continet peccatum reprobi vel in Adam, vel iam in reprobo contractum causa ex parte reprobi non sit. E contra causam reprobationis illius ex parte reprobi ipsius originale arbitratum volunt S. Thom. q. 6. de veritat. 2. ad 9. & in cap. 8. epistolæ Rom. lect. 3. & 4. Durand. & Driedo vbi proxime, Gregor. in 1.

in 1. d. 41. a. 1. concl. 4. & 5. Adamus in caput 9. ad Roman. ad ea verba. *Quid ergo d. cennu.* Ferrara 3. contra gent. c. 161. dum solum causam reprobationis actualibus suis peccatis ex parte reprobi dari negant. Eisdem sententiæ ad hæc ignominati recentiores apud Catherin. & Ioan. à Bononia citandos, & noster Soarez cum affectis. Addit Soarez peccatum suum primi parentis, & in Adamo, siue originale iam à reprobis contractum ordine intentionis, & in Dei mente, ante illius executionem, & absolutam Christi incarnationem præsumum omnis reprobationis non solum negativam quam ordine utroque executionis, & intentionis ante omnem peccati prævisionem esse putat) sed & positivam causam universalem esse. Doctrinæ huius universalitatis fæ Vazquez, cum nonnullis opponit, citandis infra in tertia sententia huius secundæ universali- tatem limitando doctrinæ etiam de prævisione, & causa- litate peccati Adæ, & originali contracti ordine inten- tionis ad reprobationem omnem se etiam Vazquez idem opponit: tamen eius impugnationem specialem mala solum Soariz solatio bonam fecerit cum debilis satis de se- fe impugatio illa sit.

2. Id ergo impugnat Vazquez, cit. d. 95. c. 3. n. 15. §. *Hæc opinio* quia si ante Adæ peccatum, & Christum abso- lute præsumum omnes eius posterius prævisi cum originali ordine illo intentionis fuisse, etiam Deipara cum illo vel non absque illo ex meritis saltem Christi, fuit prævisi (quod cum tota fere Ecclesia Soarez exhortet) ac subinde nec per Christum ab illo redempta. Respondet Soarez ignominatus à Vazq. n. 4. §. *Respondent adu. scrip.* Deipa- ram ordine intentionis ante Christum ordine execu- tionis cum originali præsumum ordine tamen executionis post ipsum, atque ex eius meritis ordine intentionis ab originali fuisse liberatam, ac præservatam redemptam. constat responsum Vazquez acerrime quia ordo existen- tiæ, & prævisionis absolute ordine intentionis in iis solum admittitur: quæ absolute futura aliquando sunt: si- quidem ex efficacibus Dei voluntatibus, intentione, ante- riore & posteriore executione, quæ effectus absolute carere nequeunt, necessario consistere debet: cum neutro ordine ex inefficaci solum Dei voluntate possit esse absoluta ob- iecti existentia & prævisio. Deipara vero originale nun- quam nunquamque absolute futurum per Soariz, & fere totam Ecclesiam fuit, idque proxime desinibile merito à plerisque Doctores iam censetur, ceterum male, & ex sua doctrinæ obliuione ita à Soarez & Affectis responde- tur, cum ipsorum doctrina de iis solum, qui originale con- traxerunt non autem de B. Virgine, quæ illud per ipsos non contraxit, intelligenda viueat: saltem sit quare negan- dum ipsi erat illatio absurda contra immunitatem Deipa- ræ ab originali ex meritis Christi, quod nunquam ab ipsa contractum & præsumum absolute ordine adhuc inten- tionis ex conclusione hæc sua admittit cogebantur, ut patet. Sed tamen duo alia, quæ in hac doctrina, & solutio- ne Soariz continetur, facile reiciuntur. Nampe Ma- riana præservatio redemptio ordine executionis ex me- ritis Christi ordinis intentionis absolute prævisi: si qui- dem nulla esset, nec meriti alicuius seu meritum motionis Christi opera ordine solum intentionis prævisi ostendi- mus sæpe controuersis de incarnatione ex principio uni- uersali à nobis demonstrato controu. de merito in gene- re. Secundum existentia absolute, & prævisio peccati tum Adæ, tum originali in posteris contracti ordine inten- tionis, est omnino falsa, & repugnans: quia absoluta hæc existentia & prævisio ordine intentionis ex efficaci solum voluntate, & intrinsecus infirmitate Dei potest re- bus, & obiectis suis provenire: quare eis quæ amari inten- ditque efficaciter à Deo nequeunt, conuenire repugnabit: peccato vero Dei voluntas omnis, etiam inefficax, nedum efficax, ex fide Catholica omnino repugnat.

3. Tertia sententia secundæ præfate generalitatem li- mitat, censens originale reprobi cuiusvis causam adequa- te sumptæ reprobationis ut ad primam gratiæ prædestina- tiuæ negationem se extendit generaliter admitti non pos- se ob limitationes necessario admittendas. Quarum pri- mam designant Catherinus & Ioannes à Bononia opus- culis suis de prædestinatione in reprobatione adultorum omnium reprobatorum, qui tamen baptizati ab originali mundati sunt (idemque de iis qui perfectæ contritione ab illo mundarentur) & tamen postea grauius delinquant, &

pereunt: in iis enim denegatio gratiæ efficacis, & præde- stinatiuæ ad primum actuale vitandum ex qua denegatio- ne series tota reprobationis eorum inchoatur, nequit ex originali antea contractio, iam vero remissa ut causa, & motiuus provenire, cum tunc, cum ea gratia ipsis denega- tur, originale illud non adit, ut possit mouere Deum ad illam ipsis denegandam. Huic limitationi & rationi con- sentit Vazquez, c. 3. n. 14. §. *deinde eandem sententiam.* c. 4. §. 1. c. 5. §. 1. extendit autem limitationem hanc, c. 6. ad im- baptizatos paruulos reprobos. Ne vero tot præcis schola- sticis à se relatis, c. 1. & 2. his limitationibus videatur ad- uersari, c. 5. toto docet causam universalem, & generaliter reprobationis omnium reprobatorum adæquate sumptæ esse protoparentis Adæ peccatum, necdum vero contra- ctum ex illo in ipsis originale peccatum, idque solum præ- fatis scholasticis asseruisse contendit, n. 12. §. *in hanc sen- tentiam.* c. vero 6. n. 3. 1. §. *Ego vero censeo.* Addit erga im- baptizatos paruulos reprobos immediate post Adæ pecca- tum præsumum voluntatem inefficacem excludendi illos à gloria & regno cōcessisse, ex qua de remedio, adhuc suffi- cienti ad originale vitandum non prouiderit. Eo vero cō- tracto illico eos gloria excludere, eiusque æterna priua- tione punire efficaciter voluerit. Fateor Vazquez nostrum plura aliis vero similia sua hac doctrina attigisse, ut ex nostris conclusionibus cert. 5. statuendis clarebit. In eius vero recitata doctrina displicent alia.

4. Primum limitatio de adultis reprobis, qui originale per baptismum deposuerunt, de quibus aliter, quam de aliis censendum quoad originalis influxum, & morionem in eorum reprobationem, & denegationem gratiæ prædesti- natiuæ primam: ratio Catherini, & Bononiæ Vazquo ipsi probata minime probat. Etenim debitum peccati subie- ctuum & obiectuum ita differunt, ut subiectum peccati destructione abolito obiectuum sæpe persistat: ut patet primo in debitis penalibus obiectiuis, quæ post aboli- tum peccatum quod idem est, subiectuum debitum perse- uerant ex tempore anteriori, quo peccatum, seu subie- ctuum debitum extitit. Imo ipse Vazquez eodem §. *deinde eandem sententiam* docet sublato, clutoque peccato, & subiectuo Adami per penitentiam & gratiam, obiecti- uum nihilominus priuationis gratiæ in posteris persistere ex eo quod eius peccatum extiterit. Et t. 1. in 3. p. ex utrius- que debiti diuersitate docet puram creaturam pro macu- la, & subiectuo debito mortalis posse ex Dei gratia per contritionis perfectæ actum satisfacere: quare ad id incar- natione opus non esse, ut vero non posse pro toto debito obiectuo, à pura creatura satisfieri, cui proinde satisfaci- endo necessariam fuisse incarnationem singulariter, magna- que subtilitate, & plausu scholasticorum as- seruit.

5. Displicet secundo: quod immediate ac statim post Adæ peccatum præsumum vere ac serio, & si inefficaciter imbaptizatos paruulos reprobos à regno excludere, & gloria illos priuare ad eum velle docuerit, atque à seria salutis ipsorum intentione inefficace, quam ante Adæ pec- catum habuit destitisse & sibi de eorum salute displicuisse. Cum enim ipso ex scriptura, & Patribus fatente post Adæ præsumum absolute peccatum, nulloque modo ante illud cunctis reprobis, quomodolibet reprobis de excellentissi- mo, ac præstantissimo medio, & remedio, tanto scilicet Re- demptore, idque ex amore & desiderio vero, ac serio salu- tis ipsorum prouiderit. Ergo nec desiderio salutis ipsorum tunc absistit, nec de eorum salute sibi displicuit, & in perdi- tione magis tunc, quam antea complacuit. Displicet ter- tio, imbaptizatos illos paruulos reprobos, statim atque propagatione sua ex Adamo originale contraxerit à gloria efficaciter fuisse excludos, ac eterni eius priuatione dana- tos: cum pro eo signo à gratia, medio ac remedio ad salu- tē æternam consequendam non solū sufficere, sed efficaci nemo eorum paruulorum exclusus sit: imo eorum pluri- bus post originale contractum de sufficere, imo & effica- ci medio & remedio, & gratia prædestinatiua prouisum à Deo fuit, contigitque prædestinatio, ut patet. Expectandum igitur à Deo posterius signum est, quo deliberato reme- dio efficaci ad originale contractum eluendum ante ipso- rum mortem noluit prouidere, eorumque mors in originali peccato, ut imbaptizatos illos paruulos reprobos à regno excludere, ac priuatione gloriæ efficaciter & absolute vel- lit eos punire.

7. Quinta eadem,nec admodum hebes sententia esse
posset:nullam reprobationis adequatè vt initium con-
stituit,sumptæ; & prout, vt ad primum suum obiectum, &
effectum terminatur causam dari ex parte reprobî ip-
sius,sive proparentis communis omnium Adæ.Probatu-
r,quia inde incipit cuiusque reprobatio, vnde negationes
gratiæ efficaciae incipiunt, & continuata serie eius perdi-
tioni iunguntur, & concatenantur. Atqui negationes gra-
tiæ efficaciae concatenandæ iungendæque cum reprobî
cuiusque perditione incipiunt à negatione gratiæ efficaciae
Adamo præstandæ,ne ipse physice, ac posteri reprobî in
ipso tanquam in capite, & procuratore (in quo vñ pa-
ci moraliter eorum voluntates fuerant collocatæ) mor-
taliter peccarent: ergo ex ea, negatione gratiæ efficaciae
Adamo incipit cuiusque reprobî reprobatio, & eaque
proinde est omnis reprobationis posterum Adæ ini-
tium.Atqui eius negationis gratiæ efficacia nulla est cau-
sa motiua, quæ ex parte,sive Adami, sive alicuius posteri
reprobî Deo offeratur: Siquidem negatio illa efficaciae
gratiæ omne tant Adami, quam posterum peccatum
physice vñ moraliter ipsorum antecedit: ergo nulla sive
ex parte Adami,sive posterum reprobium causa datur
reprobationis alicuius adequatè sumptæ,atque vt initium
continet, & ad suum primum obiectum & effectum
extenditur.

Dilucida quæstionis decisio nostra

Porro expedita & clara quaestio huius de-
ne memoranda hic erunt alia & nobis ab eis
instituto fundata. Primum, totam istam praedestina-
tionem vt sui etiam initium continet, & primum prae-
destinationum ambit meritis absolutis Christi dei vt
ostendimus d. 5. q. 3. cert. cōtra Driedonem Adamam
& prius alios dicit scilicet 1. n. 1. Secundo memoranda
est, Christum Dominum ac subinde eius merita sufficere,
non nisi post praesum Adam peccatum, vt ipsius pharisaei,
ac posterorū in ipso moraliter et ordine decreta-
vt ostendimus controu. de incarnat. de offi. decretorum
eius disputantes vbi ostendimus etiam decretum inueni-
entis aliorum hominum & originalium aliquotum
sententia absoluta potestius fuisse, Cum autem gratia
gelorum, cum protoparentibus eorumdem debeat
tum, tum etiam tentantium custodiam Protoparentum
peccato natura praescribit, eorum lade est meritis
Christi non fuisse: quare nec eorum praedestinationem
quoad sui initium, imo, & fuisse, cum tota in gratia
eius illius primae ad praeccepti obseruationem confici-
meritis Christi deberi debet autem Angelorum solum,
quibus est meritis Christi prima gratia huius obnoxia
his autem fit aperte negoriorum totum reprobationis
eorumque hominum reprobationem, etiam adaequate fuisse
post Adam peccatum, moraliter ipsorum & aliquotum
originali, Christifque Domini absolute cōfiliū habuit,
dispositumque Deo fuisse, Quia Christo Domini cuius
absolutis meritis positi deliberatum & Deo fuit, gra-
tia subiecta quae praedestinare eis illis velle, quae autem
quae eis ita praesulis praedestinare non velle, potuit
gratia sua efficax ad saltem reprobare. Praedestina-
tionem autē nostrā ac subinde, & reprobationē qd. fuit
fuit, diuersam adaequate esse ab ea quae pro filijs inno-
centiae foret, nisi homines ab statu innocentie decidisse
multo ex capite offendimus q. 3. citata quibus ista memoria.

2. Dico primo: omnes reprobationis hominum ab an-
gelo efficaci & originali remedio praesertatū adaequa-
te vt fit initium continet causa ex parte propter
data est. Est conclusio positi Vazquez, & antiquorum
scholasticorum apud ipsū vt diximus q. 3. contentū
barez cum affecis relatis n. 1. ut fit Arabum excipio-
stri omnes Doctores probatur facile ex nuper mem-
tis. Quia tota praedestinatio libera ac de libera con-
oblictu, non subiectiue, id est circa subiecta praedi-
nata vel non praedestinata, seu reprobata habita & Deo
fuit post Christi Domini, & meritum eius absolute
existētia: vt potuerit praedestinatus non praedi-
natus reprobati & Deo ac reprobis non reprobatis
praedestinari: ergo reprobatio hominum reprobis omnia
ta Christi ac meritum eius absolutam existētia
naturae priori supposit: ergo & supposit naturae
posterior, Consequētia hic secunda patet ex memoria
primo secundo. Scilicet Christum Dominum non nisi
post absolute futuram executiue, nō in sequeis ista pae-
sum Adam peccatum, fuisse & Deo absolute decretum
reprobatio libera deliberataque tota habita & Deo
ca omnes & singulos reprobos potestius natura peccato
quato habita & Deo fuit, & vno quidem gratia peccati
quam absolute existētia Christi, & meritum eius
posterior ca reprobatio fuit. Atqui in Adam peccato
filiens causa, & modum est, vt eius positi gratia
cum iustificante & gratia faciente, tum auxiliante
eace, & praedestinatus omni (qui omnes eius
posterior) causa datur ex parte communis parentis Adae
reprobis natura peccantis. Porro ratio haec de pariter
bis impatiatis conclusionem etiam huc est de
remedio sufficiente ad probum piosissimū, sine non possum
ad Deum fuerit suader. Probat conclusionem (scilicet
ad Deum fuerit suader. Probat conclusionem (scilicet
ca, quibus ex eadem causa & conditionis efficien-
(vtique dannabilis perditionis, & male vt Angelicis,
Hypogonit. aiebat. Deo praedestinatio, reprobatio
subiecta (sicut malis figulo) quodam praedestini
reprobati vero alia & Deo decessu ista cum de malis
peccato